

centos: et edificauit ibi altare domino: obulitque holocausta et pacifica: et inuocauit deum: et exaudiuit eum in igne de celo super alta reholocausti. Precepitque dominus angelo: et conuertit gladium suum in vaginam. Porro inus ergo dauid uidens quod exaudisset eum dominus in area boznan iebusei: immolauit ibi victimas. Tabernaculum autem domini quod fecerat moyses in deserto et alta reholocaustorum ea tempestate erat in excelsu gabaon: et non preualuit dauid ire ad altare ut ibi obsecraret deum. Nihil enim fuerat timore perterritus: uidentis gladium angeli domini. // XXII.

Dixitque dauid: Hec est domus dei et hoc altare in holocaustis israel. Et precepit ut congregarentur omnes profecti de terra israel et constituit ex eis latomos ad cedēdos lapides et poliēdos ut edificaret domus dei. Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum et ad commissuras atque iuncturas preparauit dauid: et eris pondus innumerabile. Ligna quoque cedrina non poterant estimari: que sidonij et tyrij deportauerunt ad dauid. Et dixit dauid: Salomon filius meus puer paruulus est et delicatus. Domus autem quam edificare uolo domino talis esse debet ut in cunctis regionibus nominetur. Preparo ergo ei necessaria. Et ob hanc causam ante mortem suam omnia preparauit impensas. Locauitque salomonem filium suum: et precepit ei ut edificaret domum domino deo israel. Dixitque dauid ad salomonem. Fili mi: voluntatis mee fuit ut edificaret domum nomini domini dei mei: sed factus est sermo domini ad me dicens. Plurimum sanguinem effudisti et plurima bella bellaisti: non poteris edificare domum nomini meo: tanto effuso sanguine coram me. Filius qui nascetur tibi: erit uir quietissimus. Faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum: et ob hanc causam pacificus uocabitur: et

192

pacem et otium dabo in israel cunctis diebus eius. Ipse edificabit domum nomini meo et ipse erit mihi in filium et ego ero illi in patrem firmaboque solium regni eius super israel in eternum. Nunc ergo fili misit dominus tecum et prospera re et edifica domum domino deo tuo: si cur locus est de te. Porro tibi dominus prudentiam et sensum: ut regere possis israel: et custodire legem domini dei tui. Nunc enim proficere poteris: si custodieris mandata et iudicia que precepit dominus moysi ut doceret israel. Confortare et uiriliter age: ne timeas neque paucas. Ecce ego in paupercula mea preparauim peras domus domini auri talera centum milia: et argenti mille milia talentorum: eris uero et ferri non est pondus: uincit. n. numerus magnitudinis. Ligna et lapides preparati ad uersa impedia. Habes quoque plurimos artifices: latomos et cementarios artificesque lignorum: et omnium artium: ad faciendum opus prudentissimos: in auro et argento: iere et ferro: cuius non est numerus. Surge igitur et fac: et erit dominus tecum. Precepit quoque dauid cunctis principibus israel: ut adiunxerent salomonem filium suum: cernitis inquit quod dominus deus uester uobiscum sit: et dederit uobis requiem per circuitum et tradiderit omnes inimicos uos in manus uestras: et subiecta sit terra coram domino et coram populo eius. Prebete igitur corda uestra et animas uestras: ut quatenus dominum deum uestrum: et consurgite et edificate factuarius domino deo: ut introducat arca federis et uasa domini consecrata in domum que edificat nomini domini. // XXIII.

Igitur dauid senex et plenus dierum regem constituit salomonem filium suum super israel: et congregauit omnes principes israel: et sacerdotes atque leuitas. Ante rati quoque sunt leuitae viginti annis et supra: et inueniuntur triginta octo milia uirorum. Ex his electi sunt et distributi in ministerium domus domini: uiginti quattuor milia: propositorum autem et iudicum sex milia